

Academicarum Confilia, Tubingen-  
fium, Ingolstadiensium, Marpurgen-  
fium, Altorphinorum. Et Confilia pri-  
vatorum : *Pauli à Castro, M. Antonii*  
*Natta, Coleri, Klockii, Uvesembecii Ju-*  
*nioris, Mundii, & quis omnes fando*  
*comprehendat? Sed verum est iudicium*  
*Hug. Grotii, præf. lib. de Jur. Bell. ac Pac.*  
Autores Confiliorum magis ad gratiam  
consulentium, quàm æqui bonique na-  
turam responsa sua accommodâsse. Præ-  
tereo jam multos alios per omne jus  
diffusos, ut Opera *Prosperi Farinacii,*  
*Menochii Arbitrarias Judicum Quæ-*  
*stiones, & variorum: Communes Opi-*  
*niones, ut Villalobii, Vivii, eorumque*  
*ex quibus suum Jus controversum con-*  
*traxit Nic. Vigelius, unus omnium ma-*  
*ximè adhibendus; nec spernendus Petr.*  
*Greg. Tholosanus in Syntagm. Jur. Univ.*

§. 82. In his Autoribus *laudabile est,*  
quòd novos emergentes casus perpetuè  
memoriæ consignant, Orbemque Juri-  
dicum continuâ auctione locupletant,